




**IMAGE EVALUATION
TEST TARGET (MT-3)**



**Photographic
Sciences
Corporation**

23 WEST MAIN STREET
WEBSTER, N.Y. 14580
(716) 872-4503

**CIHM/ICMH
Microfiche
Series.**

**CIHM/ICMH
Collection de
microfiches.**



Canadian Institute for Historical Microreproductions / Institut canadien de microreproductions historiques

© 1982

Technical and Bibliographic Notes/Notes techniques et bibliographiques

The Institute has attempted to obtain the best original copy available for filming. Features of this copy which may be bibliographically unique, which may alter any of the images in the reproduction, or which may significantly change the usual method of filming, are checked below.

L'Institut a microfilmé le meilleur exemplaire qu'il lui a été possible de se procurer. Les détails de cet exemplaire qui sont peut-être uniques du point de vue bibliographique, qui peuvent modifier une image reproduite, ou qui peuvent exiger une modification dans la méthode normale de filmage sont indiqués ci-dessous.

- Coloured covers/
Couverture de couleur
- Covers damaged/
Couverture endommagée
- Covers restored and/or laminated/
Couverture restaurée et/ou pelliculée
- Cover title missing/
Le titre de couverture manque
- Coloured maps/
Cartes géographiques en couleur
- Coloured ink (i.e. other than blue or black)/
Encre de couleur (i.e. autre que bleue ou noire)
- Coloured plates and/or illustrations/
Planches et/ou illustrations en couleur
- Bound with other material/
Relié avec d'autres documents
- Tight binding may cause shadows or distortion
along interior margin/
La reliure serrée peut causer de l'ombre ou de la
distortion le long de la marge intérieure
- Blank leaves added during restoration may
appear within the text. Whenever possible, these
have been omitted from filming/
Il se peut que certaines pages blanches ajoutées
lors d'une restauration apparaissent dans le texte,
mais, lorsque cela était possible, ces pages n'ont
pas été filmées.
- Additional comments:/
Commentaires supplémentaires:

- Coloured pages/
Pages de couleur
- Pages damaged/
Pages endommagées
- Pages restored and/or laminated/
Pages restaurées et/ou pelliculées
- Pages discoloured, stained or foxed/
Pages décolorées, tachetées ou piquées
- Pages detached/
Pages détachées
- Showthrough/
Transparence
- Quality of print varies/
Qualité inégale de l'impression
- Includes supplementary material/
Comprend du matériel supplémentaire
- Only edition available/
Seule édition disponible
- Pages wholly or partially obscured by errata
slips, tissues, etc., have been refilmed to
ensure the best possible image/
Les pages totalement ou partiellement
obscurcies par un feuillet d'errata, une pelure,
etc., ont été filmées à nouveau de façon à
obtenir la meilleure image possible.

This item is filmed at the reduction ratio checked below/
Ce document est filmé au taux de réduction indiqué ci-dessous.

10X	14X	18X	22X	26X	30X
<input type="checkbox"/>	<input type="checkbox"/>	<input type="checkbox"/>	<input checked="" type="checkbox"/>	<input type="checkbox"/>	<input type="checkbox"/>
12X	16X	20X	24X	28X	32X

The copy filmed here has been reproduced thanks to the generosity of:



Metropolitan Toronto Library
Canadian History Department

The images appearing here are the best quality possible considering the condition and legibility of the original copy and in keeping with the filming contract specifications.

Original copies in printed paper covers are filmed beginning with the front cover and ending on the last page with a printed or illustrated impression, or the back cover when appropriate. All other original copies are filmed beginning on the first page with a printed or illustrated impression, and ending on the last page with a printed or illustrated impression.

The last recorded frame on each microfiche shall contain the symbol \rightarrow (meaning "CONTINUED"), or the symbol ∇ (meaning "END"), whichever applies.

Maps, plates, charts, etc., may be filmed at different reduction ratios. Those too large to be entirely included in one exposure are filmed beginning in the upper left hand corner, left to right and top to bottom, as many frames as required. The following diagrams illustrate the method:



L'exemplaire filmé fut reproduit grâce à la générosité de:

Metropolitan Toronto Library
Canadian History Department

Les images suivantes ont été reproduites avec le plus grand soin, compte tenu de la condition et de la netteté de l'exemplaire filmé, et en conformité avec les conditions du contrat de filmage.

Les exemplaires originaux dont la couverture en papier est imprimée sont filmés en commençant par le premier plat et en terminant soit par la dernière page qui comporte une empreinte d'impression ou d'illustration, soit par le second plat, selon le cas. Tous les autres exemplaires originaux sont filmés en commençant par la première page qui comporte une empreinte d'impression ou d'illustration et en terminant par la dernière page qui comporte une telle empreinte.

Un des symboles suivants apparaîtra sur la dernière image de chaque microfiche, selon le cas: le symbole \rightarrow signifie "A SUIVRE", le symbole ∇ signifie "FIN".

Les cartes, planches, tableaux, etc., peuvent être filmés à des taux de réduction différents. Lorsque le document est trop grand pour être reproduit en un seul cliché, il est filmé à partir de l'angle supérieur gauche, de gauche à droite, et de haut en bas, en prenant le nombre d'images nécessaire. Les diagrammes suivants illustrent la méthode.

tails
du
odifier
une
image

s

rrata
to

pelure,
on à

32X

M

At

A

CANADICÆ
MISSIONIS
RELATIO

*Ab anno 1611 usque ad annum 1613, cum statu
ejusdem Missionis, annis 1703 & 1710,*

Auctore JOSEPHO JUVENCIO, Societatis
Jesu, Sacerdote.



Ex Historiæ Soc. Jesu. Lib. xv. Part. v, impressa

ROMÆ


Ex Typographia Georgii Plachi

M. D. CC. X.

67235
Editio viginti quinque exemplaria. O.C.



E



fcri
Hi

pro
ma

Bl

pro

Car

ter

est.

red



P. Petri Biardi
EULOGIUM AC VITA.

DE PATRE PETRO BIARDO qui
tantam in Missione Canadica
inchoanda partem gessit hæc
scribit Pater Josephus Juvencius in sua
Historiâ sub anno 1622.

“ Ex omnibus qui hoc anno vivere in
provincia Lugdunensi desierunt, luctu
maximo elatus est Avenione P. PETRUS
BIARDUS Gratianopolitanus. Religionis
propagandæ studio navigaverat ad barbaros
Canadenses, fueratque inter primos ejus
terræ cultores, ut in quinta parte narratum
est. Inde pulsus ab hæreticis Anglis, &
redire in Galliam coactus, totum se im-

pendit juvandis popularibus suis, quorum ut salutem confuleret, nihil sibi reliqui ad laborem diligentiamque faciebat. Ejus tamen industriam experti maxime sunt Parodienses in præfectura Carolitana, quam civitatem per usitata ordinis ministeria diu coluit. Novissime regionis præfectus Marchio Ragnius, jussus a rege copias in Campaniam ducere contra Ernestum Mansfeldium Galliae finibus imminuentem, Biardum sibi adsciverat comitem expeditionis, & sacrorum ministrum. Per eam occasionem nescias, utrum spectata magis sit apostolici viri charitas, an patientia. Magna erat in castris inopia comæditum. Diaria militibus præbebantur adeo maligne, ut nonnulli fame perirent. Biardus cibario, & demensum suum, ac siquid præterea pecuniolæ a ditioribus emendicando corrogasset, inter egentissimos militum partebatur, se ipsum fraudans diurno victu, ut aliis benigne faceret. Avenionem concessit

fera
viro
run
lab
pus
tio
pri
ita
exe
con
int
cog
cen
A
jice
fcil
Scr
Bia
pat
zel

ferat denique, ut attritas tot laboribus vires paucorum dierum otio reficeret. Verum quasi divinans, instare sibi omnium laborum & vitæ finem, totum illud tempus impendit excolendo piis commentationibus animo inter tirones, seque ad primam tirocinii formam senex emeritus ita composuit, ut nullam omitteret earum exercitationum, quibus ad sui mundique contemptum erudiri solent novitii. His intentum, nihilque jam præter cælestia cogitantem mors oppressit, xv. Cal. Decembris.”

Adhæc non inutile forsân videbitur adjicere quæ ab auctore antiquiore Philippo scilicet Alegambe scripta sunt in Catalogo Scriptorum Societatis Jesu, sub verbo Biard :

“PETRUS BIARDUS natione Gallus, patriâ Gratianopolitanus, operarius magni zeli, atque adeò multarum palmarum, quas

in horridis et inuiis Canadensium Septentrionalis Americæ populorum filius primus legit. Extrema ibi omnia passus, nihil tamen inhumanum magis, quàm Hæreticos, expertus est. Feritatis oblita gens barbara integerrimi hominis innocentiam venerari discebat; cùm ecce tibi sanctitatis inimica, Deumque nesciens Hæresis, cum Anglis Canadæ oras irrupit; difficillimæ expeditionis ingens pretium fuit, exosum inde abducere Jesuitam. Habitus est in vinculis aliquamdiu; & vix tandem in Galliam nudus ab omni remissus. Intereà verò dum integrum illi esset ad noualia Canadæ redire, damnum ab Hæreticis illatum sanctè vltus est: reliquo vitæ tempore quæfuit intentissimis studiis ad vitam illos, à quibus ad necem adductus fuerat. Docuerat olim Theologiam Lugduni, non sine laude. Reuersus è Missione Castrensi, cùm Auenionem diuertisset, & opportunitate temporis vsus secessisset in Nouitium, in ipsis

penè spiritualium Exercitiorum initiis,
ad paradisi contemplationem, vt credimus,
euocatus est, die XIX. Nouembris, Anno
MDCXXIJ.

Præter *Epistolam ad R. P. Præpositum
Generalem è Portu Regali, et Relationem
Expeditionis Anglorum in Canadam*, P. Biar-
dus scripsit *Librum pro auctoritate Ponti-
ficis*, contra Martinettum Ministrum.
Gallicè etiam edidit seorsim *Relationem
Novæ Franciæ & itineris Patrum Societatis
Jesu ad illam*. Lugduni apud L. Muguet,
MDCXVI. in 12.



T

I

II

III

IV

V

VI



TABVLA RERVM.

	Pag.
I SOCIETAS JESU, in Canadam, <i>seu Novam Franciam induc̄ta</i>	5
II Initium Canadicæ Missionis, & <i>primi fructus - - -</i>	7
III Domicilia Societatis & Missiones <i>in Nova Francia - - -</i>	18
IV Missio Canadensis ab Anglis <i>proturbata - - -</i>	25
V Unus à Societate interficitur ; <i>alii Canada ejiciuntur -</i>	27
VI Missiones Societatis JESU in Ame- <i>rica septentrionali, Anno -</i> 1710 - - - - -	37



C

S



An
ifo
ori
de
An



MISSIONIS
CANADICÆ
RELATIO.

CAPUT I.

SOCIETAS JESU, IN CANADAM, SEU NOVAM
FRANCIAM INDUCTA.

AMERICAM septentrionalem
tres præcipuè nationes ob-
tinent, Hispani, Galli, &
Angli. Mexicum, Floridae pars & Cal-
iforniae, sunt Hispanæ ditionis. Littora
orienti soli opposita & ad Auftrum
devexa occuparunt variis temporibus
Angli, Sueci, & Hollandi. Quod inter

illos & Mexicanos versus septentriones
& occasum campi jacet, Galli tenent,
ac Novam Franciam, five Canadam,
vulgo vocant. Nihil tetrius imman-
iufve barbaris Canadensibus fingi po-
terat, prius quam induc̄ta religione
mitescerent, ut patebit ex iis quæ Par-
agrapho decimo referentur. Nunc bar-
baries, & fœda scelerum cohors, rationi
ac virtuti locum dedit, videturque

Isai. c. 35. huic oraculo veteri constare fides:
*Lætabitur deserta & invia, & exulta-
bit solitudo, & florebit quasi lilium.*



CAPUT II.

INITIUM CANADICÆ MISSIONIS, & PRIMI
FRUCTUS.

AMERICÆ littora, Franciæ ob-
versa, Galli jam inde ab anno
MDXXIV. identidem lustraverunt: sed
obiter, & quasi prætereuntes. Demum
superiori seculo ineunte, regionem inte-
riorem subiit Samuel Camplenus, qui
Canadensis coloniæ parens merito dici
potest. Jamque negotiatio bellissimè
procedebat, cum Henricus IV. de re-
ligione magis, quàm de commercio
solicitus, in hanc Orbis novi partem
inferre Christiana sacra decrevit, anno
MDCVIII. ac Societatis homines ad
hanc Apostolicam expeditionem pos-
tulavit. Certior de consilio Regis

factus P. Petrus Cotonus, regiae conscientiae moderator, jussusque strenuos quamprimum designare sacerdotes, qui solida tanti operis jacerent fundamenta, Societatis Praepositum admonuit. Ex omni, non juvenum modo, sed etiam senum, numero, laboriosam Missionem flagitantium, delecti sunt P. Petrus Biardus, Gratianopolitanus, theologiae professor in collegio Lugdunensi; & P. Enemundus Massæus, Lugdunensis. Moram consiliis felicibus attulit Regis improvisa mors; & Societatis amicorum studia, qui navem & reliqua itineri necessaria comparabant, debilitavit. Sed invicta rebus adversis Cotoni pietas, Reginae auctoritatem interposuit, ut difficultates objectas profligaret. Ergo indicitur profectio: Patres Depam advolant, inde vela Novam in

Franciam facturi. Ecce autem repente inexpectatus obex. Ea navis erat Potrincurtii, nobilis Galli: duobus tamen mercatoribus Calvinianis obnoxia, utpote qui sumptus non leves ad illam armamentis instruendam fecerant. Isti simul atque imponendos in hanc homines Societatis audierunt, negant enimvero se passuros ut è portu solvat. Opponitur imperium Reginæ, mandata ingeminantur. Respondent per se non stare quin sacerdotes alii quilibet admittantur; at sibi cum nostris hominibus nihil esse rei velle. Ubi vidit Cotonus improborum pertinaciam frangi non posse, alia rem aggressus est via. Erat matrona non pietate minus quàm genere nobilis, Antonia Guerchevillæa. Hæc negotium Missionis haud secus procurabat, ac suum:

utque non vulgarem apud multos gratiam, virtutis opinione collegerat, magnam subito pecuniæ vim corrogavit, qua mercatoribus hæreticis summa rependeretur, ab iis in adornandam navim contributa. Sic illis rejectis & invitis, Patres admitti fuerunt. At, quia interim extracæm tempus fuerat, non ante VII. Kalend. Februarias, cum hyemaret asperum æquor, vela sunt facta. Hinc mensium quatuor cursus fuit, qui vulgo duorum est; ac morbis intus, tempestatibus foris, infestus. Ingressi demum ostia Laurentiani fluvii XI. Kal. Junias, ipso sacro Pentecostes die, vestigia Christianæ religionis aliqua invenere, leviter ab iis quos è Gallia profectos in hanc plagam diximus, impressa. Cum enim illis ignotus gentis sermo, nec certum

constansque in humo barbara domici-
lium effret, facultas non suppetebat
erudiendi quos obiter baptizabant:
quique pristinos in mores revoluti,
Christianum vix retinebant nomen,
illudque popularibus vitiis conspurca-
bant. Prima Patribus cura fuit ut
facellum construerent, perdiscerent lin-
guam vernaculam, excolerent Gallos,
qui è veteri Francia in novam navi-
gaverant. Instituta est solennis sup-
plicatio; Christus sanctissimi Sacra-
menti velo tectus, & quanto fieri potuit
maximo apparatu circumvectus, in ter-
ræ felicis tot sanctis postea frequentandæ
veluti possessionem auspicato venit.
Proxima infantibus sacro lavandis fonte
cura est data, quorum nonnulli, post
susceptum salutis sacramentum, ad ter-
ram viventium possidendam, quasi gentis

totius nomine, demigrarunt. Puellam annos natam novem, oppressam gravi morbo, parentes abjecerant. Cum enim artis medicæ prorsus ignara natio sit, ægros facile desperat, neque cibo, aut curatione ulla, juvat. Depositam Patres à parentibus postularunt, ut expiarent lymphæ salutari. Ultro illis permissa est, quippe quæ instar mortui canis haberetur. Abductam in mapale separatim curavere sedulo: edoctam, quantum erat necesse; baptizatam, ac nona post luce mortuam, cœlo intulerunt. Eadem Sociorum caritas lætiores exitum in juvene sortita est. Ejus pater Membertous, primus omnium, uti narrant, barbarorum, cum è Gallia navigatum illuc fuit, in Christianorum numerum venerat; homo strenuus, & omnium popula-

riu
ani
lar
tuc
Im
co
M
dia
inc
dir
M
pla
ep
all
Re
tun
par
cer
cie
Ex

Puellam
 am gravi
 . Cum
 ara natio
 que cibo,
 epositam
 ut ex-
 ltro illis
 ar mor-
 etam in
 sedulo:
 se; bap-
 mortuam,
 ociorum
 ene for-
 ous, pri-
 arorum,
 e fuit, in
 venerat ;
 popula-

rium testimonio, ceteris longè præstans
 animi robore, belli scientia, cliente-
 larum multitudine, & gloriosi clari-
 tudine cognominis ; quippe Magni
 Imperatoris titulum publico suffragio
 consecutus. Hunc obtinebat locum
 Membertous inter Souriquios, qui Aca-
 diam, circa ostia Laurentiani amnis,
 incolunt. Ejus filium difficili ægritu-
 dine conflictatum P. Biardus invisit.
 Miratur nihil triste in tugurio ; non
 planctum, non flebiles nœnias : imo
 epulum, choream, & duos tresve canes
 alligatos. Quærit quid hæc sibi velint.
 Respondent juvenem brevi esse mori-
 turum, amicos vocatos : illis epulum
 parari : funebrem choream postea du-
 cendam : canes, quos videbat, interfi-
 ciendos, placandis mortui Manibus.
 Exclamavit Pater nequaquam ista

Christianis hominibus convenire, & impias consuetudines graviter increpuit. Senior, adolescentis parens, ignorantiam excusavit; ceterum se ac filium in ipsius esse potestate; doceret, juberet, imperata facturos. Sacerdos vetuit ne canes interficerentur: saltatores importunos amandavit: epuli partem, quæ superstitionis habere nihil videbatur, permisit: in primis autem, ne deponeretur penitus ægroti cura prohibuit; imo suavit ut ad Gallorum domicilia, quamvis longè disjuncta, deportaretur; sperare se, favente Deo, futurum ut convalesceret. Benignè auditus est à Membertoo: delatus æger ad nos fuit, ridentibus, ac bolum tantum tam subito è faucibus ereptum sibi dolentibus veneficis, & circulatoribus, quorum sententiâ con-

clamatus adolescens vivere posse negabatur. Ac sane agebat animam, cùm triduo post ad Gallorum domicilia pervenit, fractus itinere ac morbo. Patrum tamen arte ac studio, & scilicet Dei benignitate, recreatus est; nec ipse tantum in fide catholica confirmatus, sed ejus capeffendæ desiderio complures inflammati.

Incidit aliquanto post in morbum pater adolescentis, & ad nos similiter deferri voluit, ubi nostrum in tugurium, atque adeo in unius è Patribus lectum acceptus, piè vitam clausit; quodque barbaris novum accidit ac molestum, illatus est in commune Christianæ plebi sepulcrum: nam ipsi a sepulcris majorum ægerrime divelluntur. Curatum funus illustri, ut rerum ferebant angustia, pompa. Nec

honore isto qualicumque indigna barbari virtus erat, qui etiam antequàm Christum nosset, non potuerat adduci ut plures una duceret uxores: id naturæ ac rationi magis consentaneum arbitratus. Post susceptam vero Christi Fidem ita vixerat, ut barbaris admirationi esset, Christianis exemplo.

Hæc domi gesta. Egressi deinde quasi pomerio præcones Evangelici magnam regionis partem lustravere. Divina res, ubicumque licuit, facta: impositæ manus ægrotis, conciliati munusculis parentes ac liberi; data Gallis, novas condentibus sedes, opera; necnon classariis atque vectoribus. Non defuit patientiæ læta seges, ac tanta interdum exstitit annonæ penuria, ut singulis hebdomadis certum unicuique demensum daretur, quod

vix sufficiebat in unum diem, videlicet panis uncix decem, selibra carnis sale maceratae, & pisorum, fabarumve aliquantum. Adhuc, erat sibi quisque faber, sarcinator, pistor, coquus, lignator, & aquator. Occurrebant interdum Patribus, in his ærumnis, voces illorum, quibus Moses provinciam explorandæ Chananitidis dederat*,

Terra hæc devorat habitatores suos; ibi vidimus monstra quædam filiorum Enac, de genere Giganteo, quibus comparati, quasi locustæ videbamus. At simul veniebat in mentem oratio Josue, & Calebi, plena divinæ fiduciæ: Terra valde bona est. Si propitius fuerit Dominus, inducet nos in eam. Neque timeatis populum terræ hujus, Dominus nobiscum est.

* Num. c. 13.
14.



CAPUT III.

DOMICILIA SOCIETATIS & MISSIONES IN NOVA
FRANCIA.

ET esse cum servis suis, ac militibus
Dominum, exitus comprobavit.
Nam hoc anno MDCCIII. ineunte,
cum hæc scribimus, præter Quebecense
collegium, numerantur in hac *terra de-*
serta prius & *invia* triginta & amplius
florentissimæ cultissimæque Missiones
nostræ Societatis. Prima in conspectu
Quebeci, decimo ab urbe lapide,
Lauretana dicitur. Altera in pago
Taduffaco fedet: ad ripam fluvii Lau-
rentiani, leucis infra Quebecum LX.
versus ortum. Tres aliæ supra Que-
becum ipsum, longe procurrunt in
Boream, circa lacum S. Joannis: una in

eo loco, qui à septem infulis nomen habet; altera, in pago Chigoutimino; tertia, fecus amnem Saguenæum. Excoluntur ibi Montagnæi, Papinachii, Mistassini, & aliæ passim gentes errabundæ. Jam, si versus obeuntis solis partes & fluminis Laurentiani fontem tendas, occurret in ejus ripâ septentrionali pagus Trium fluminum dictus, quia ibi tria quædam flumina confluunt: abest Quebeco septem octove dierum iter. Florebat illic Algonkinorum Missio longe pulcherrima, sed hanc vinum igne vaporatum & stillatum, à mercatoribus Europæis, facilem inde quæstum male captantibus invecum, vehementer labefactavit inducta ebrietate. Pensat hæc damna virtus ac pietas Abnakiforum. Triplex apud illos statio collocata: una

S IN NOVA.

militibus
 probavit.
 ineunte,
 ebecense
 terra de-
 amplius
 Missiones
 onspectu
 lapide,
 in pago
 vii Lau-
 um LX.
 ra Que-
 runt in
 s: una in

Quebeco non procul, in XLVI. gradu latitudinis, nomine S. Francisci Salesii & patrocinio insignita: aliæ duæ sunt remotiores; loco nomen est Nipiskouit. Trans amnem Laurentianum ad Meridiem funduntur Iroquæorum quinque nationes. Septem sunt apud illos præconura Evangelii domicilia, per centum quinquaginta leucas sparsa. Ex iis sex profligata fuerant bello Gallos inter & Iroquæos conflato circa annum MDCLXXXII. Revocata cum religione pax anno MDCCII. omnia priorem in statum restituit. In iis Iroquæorum Missionibus ea præcipuè floret, quæ à S. Francisco Xaverio nomen habet, ad Montem-Regalem.

Supra Iroquæos, versus occasum & Aquilonem, intra quadragesimum gradum & XLV. cernere est majores duos

lac
que
ron
lin
M
aca
est
lac
fti
In
fer
ta
So
gi
lic
fa
Il
Pu
nu
M

VI. gradu
 isci Salefii
 duæ sunt
 st Nipifi-
 rentianum
 quæorum
 sunt apud
 domicilia,
 cas sparsa.
 ant bello
 flato circa
 ocata cum
 II. omnia
 t. In iis
 præcipuè
 Xaverio
 Regalem.
 casum &
 num gra-
 ores duos

lacus angusto freto junctos: alter, is-
 que amplior, Ilinæorum; alter Hu-
 ronum dicitur. Hos ingens terræ
 lingua dividit, cujus in apice sedet
 Missio S. Ignatii, sive Missilimakin-
 acana. Supra duos istos lacus tertius
 est, ambobus major, quem superiorem
 lacum appellant. Hujus in aditu con-
 stituta est Missio S. Mariæ à Saltu.
 Interjectum inter hunc, & binos in-
 feriores lacus spatium occupant Ou-
 taouaki, apud quos plurima stativa
 Societas habet. Ejusmodi arces reli-
 giones (sic enim appellare Missiones
 licet) unde suos profert milites, &
 sacra explicat vexilla, tres circa lacum
 Ilinæorum positæ sunt, prima inter
 Puteatamisos: Missio Sancti Josephi
 nuncupatur: altera inter Kikaroufos,
 Maskoutensos, & Outagamisos; S.

Francisci Xaverii nomen obtinet : tertia inter Oumiamifos, Angeli Custodis. Infra memoratos lacus, supra ipsam Floridam vastissimos pererrant campos Ilinæi. Ibi amplissima statio, cui nomen ab immaculata Virginis Matris conceptione impositum, tres in Missiones secatur, & ad fluvium usque Missisipum procurrit. Infidet ejusdem fluminis ripis missio Baiogulana, in trigesimo primo gradu latitudinis: demum ultima protenditur secundum eundem amnem versus Mexicanum finem. Hæc visum est enucleare paulo distinctius, & quasi sub uno statim aspectu ponere, ut intelligatur quò singula referenda sint, quæ postea de Nova Francia narrabuntur.

Restat ignota Europæis adhuc pars Canadæ immensa, ultra Missisipum

fluvium, clementiori subjecta cœlo,
 frequens incolis, armentis frugibusque
 læta; vitæ veræ ac salutis expers. Hæc
 generosos Christi milites vocat. Nec
 non altera longe isti dissimilis, quæ
 rigidis circa Hudsonium sinum, à gradu
 LV. ad LX. aut LXX. subjecta septen-
 trionibus, nivibus ac pruinis demersa,
 tanto æquius implorat opem, quanto
 gravioribus incommodis conflictatur.
 Hic Societas ante annos paucos prima
 cœpit figere vestigia. Illucescet illa,
 spero, dies, cum obvallatum periculis
 ac laboribus iter eadem perrumpet.
 Non sine magno molimine claustra
 Tartari, oppressas injusta servitute ani-
 mas retinentis, perfringuntur; neque
 illa ipsa, tot florens modo coloniis,
 Missio Canadica statim suam est ma-
 turitatem adepta. Ægrè per sexdecim

annos tanquam in falebris hæfit, nec suam quandam nacta formam est, nisi anno seculi superioris quinto & vigesimo, cum se aliquando ex illis angustiis explicuit, P. Petri Cotoni, cui sua debebat primordia, beneficio, ut sexta Pars Historiæ fusius exponet.

Nunc ærumnarum ac periculorum plenos natales referimus laboriosæ Missionis, quæ vix nata, in ipsis cunis per Anglos propemodum extincta est.



s hæfit, nec
am est, nifi
& vigemo,
is anguftiis
ni, cui fua
io, ut fexta
et.
ericulorum
rioriſæ Miſ-
s cunis per
cta eſt.

CAPUT IV.

MISSIO CANADENSIS AB ANGLIS PROTURBATA.

SOCIIS illic degentibus venerant
auxilio Idibus Maii anni MDC-
XIII. Pater Quintinus, & Frater
Gilbertus Thetus, regio diplomate
instructi, quo facultas ipsis dabatur
novi domicilii commodo loco ædifi-
candi. Gallos reperiunt incumbentes
in condendam urbem, & periculi, quod
instabat, ignaros. Angli paucis ante
annis occupaverant Virginiam. Hæc
Americæ septentrionalis ad ortum por-
tio maritima, inter Floridam Novam-
que Franciam sita, tricesimo sexto,
septimo, & octavo gradibus substerni-
tur. Eò cum tenderent Angli æstivis

anni MDCXIII. mensibus, & inscii locorum errarent, ob exortam caliginem, quæ huic mari densissima solet per eos menses incubare, paulatim delapsi sunt ad littus, ubi Galli confederant, haud procul portu Sancti Salvatoris. Postquam cognoverunt Gallicas naves ibi consistere, arma expediunt, & in portum invehuntur. Interea Galli ancipiti opinione suspensi, amicos an hostes censerent, quos recta in suam stationem ventus inferebat, eventum trepidi opperiebantur. Brevi, quinam essent patuit. Angli facto impetu in Gallicum navigium, paucis instructum propugnatoribus, ceteris ad condenda domicilia digressis, id nullo negotio expugnant.



& infcii
m caligi-
ima solet
latim de-
confede-
ti Salva-
Gallicas
xpediunt,
Interea
si, amicos
a in suam
eventum
, quinam
mpetu in
structum
condenda
negotio

CAPUT V.

UNUS È SOCIETATE INTERFICITUR ; ALII
CANADA EJICIUNTUR.

PPRIMO in conflictu Gilbertus The-
tus, domesticæ rei adiutor è So-
cietate, confossus lethali plaga, post-
ridie religiosa morte occubuit. Ceteri
Patres qui stabant in littore, in potesta-
tem Argalli, prætoris Angli, venerunt.
Ille, dum Gallicæ navis prædam &
supellectilem recenset, subduxit clam
è Sauffæii, navis Gallicæ gubernatoris,
qui huic expeditioni prærat, scrinio
regium diploma, cujus fide tota novæ
colonix ratio nitebatur. Mox ipsum
Sauffæium è littore subeuntem adortus,
quærit ex eo quo jure, cujus auctori-
tate, novas tam prope Virginiam sedes

moliatur. Laudavit Sauffæius regium diploma, quod se in capsis rite conscriptum habere dixit. Ad eas ubi ventum est, vidit integras, & obferatas, suisque omnia digesta locis agnovit, diploma nullum apparuit. Tum Argallus, vultu & voce ad severitatem compositis, fugitivos & prædones conclamat, ac necem commeruisse pronunciat, simulque navim suis diripiendam tradit. Illum interea Patres obsecrant ut victis benignè consulat, quibus objici nihil noxæ possit aliud, quàm quod in pacato solo fuerint nimium securi: auctoritatem Regis Galliæ non dubiam ac voluntatem testantur. Prætor probè sibi conscius vera narrari, comiter eos audivit, & omnibus potestatem in Gallium redeundi fecit. Duas in naviculas infelix turba

imponitur, quarum una cursum in Galliam rectâ dirigeret; altera cum aliquot Anglis solveret in Virginiam, inde Franciam petitura. Hanc PP. Biardus & Quintinus, illam P. Massæus, & Sauffæius conscenderunt. Utriusque fors longè dispar fuit. Quæ Sauffæium & P. Massæum vehebat dum oram maritimam legit, annonâ, nautis, armamentis destituta, incidit in geminas naves reditum in Galliam adornantes. Jungit se illis læta, cumque suis vectoribus Maclovium, Britanniae Aremoricæ oppidum, paucis diebus tenuit.

Interim Argallus, classis Anglicæ præfectus, Patres Biardum & Quintinum deducturus in Virginiam, ut constitutum fuerat, paululum iis prævit cum sua navi prætoria. Virginiam obtinebat Anglus ferox, nomini Gal-

lico, ac Societati nostræ perinensus. Ubi adventare Jesuitas audivit, vociferatur perdendos homines improbissimos, busta pietatis ac religionis. Argallus contra nitebatur, seque vivo nihil molestiæ damnive Patribus inferendum affirmabat: hanc enim ipsis dederat fidem; & regium diploma, cujus auctoritate colonia Gallica in Novam Franciam deducebatur, protulit. Hoc diplomate inflammatus homo iuriosus, exturbandos è Nova Francia Gallos clamat. In hanc sententiam Angli procures iverunt. Jubetur Argallus viam remetiri; Gallos, quicumque superessent, ejicere, domicilia evertere, & æquare solo. Rediit: arces in ora Canadensi extructas incendit, omnia delevit, ac naves duas in Regio Portu deprehensas, invasit.

Dum hæc in Canada geruntur, naves Anglicæ, præeuntem Argallum fecutæ, aliæ procul à Virginia ventorum vi abreptæ; aliæ undis haustæ sunt. Una, cui Turnellus Anglus præerat, & qua Patres Quintinus ac Biardus vehebantur, continentibus sexdecim dierum procellis vexata, in Azores, Lusitanorum ad Africæ littus insulas, celerrimè defertur. Hic vero novum exoritur periculum. Turnellus pœnam metuens, quòd Societatis sacerdotes per summam immanitatem domicilio avulsos spoliatosque secum traheret, indignisque habuisset modis, de illorum nece agitare consilia cœpit. Satius denique illi visum ad eorum clementiam & humanitatem, quam in gravissimis injuriis perspexerat, confugere. Operam tamen dedit, ne intraret port-

um ; sed stante in ancoris navigio, necessariam annonam immiffâ scaphâ pararet. Contra quàm speraverat accidit. Secundo enim vento impulsus, portum quamlibet invitus reluctansque subiit. Nostri de illo, quamvis non ita merito, ne verbum quidem ullum, quo accusaretur, interposuere : læti quod hostem ita servassent. Agnovit beneficium gubernator Anglus ; ac deinceps sæpenumero cum summa Patrum laude prædicavit. Id vero multo fecit impensius, cùm tempestate ad Angliæ urbem Penbrochium projectus, ejus oppidi magistratibus movit suspicionem maritimi latronis, quòd & Francica veheretur navi, neque scriptam auctoritatem proferret, qua suam navigationem tueretur. Afferenti se à prætore suo Argallo tem-

pe
tur
du
ha
rup
du
re
cu
de
ut
fec
be
fa
Pa
A
R
Q
q
la

pestate divulgum, fides non habebatur. In tanto discrimine sacerdotes duos Societatis testes citavit, quos haberet in navi, & quorum incorrupta fides nemini venire posset in dubium. Cum Patres interrogati rem ita se habere confirmassent, periculo liberatus est. Reddidit quam debebat illorum humanitati vicem; utque ipsis non solum esset impune, sed etiam ut à magistratu honor haberetur, curavit. Certior interim factus Regis Christianissimi orator de Patrum navigatione difficili, & in Angliam adventu, egit cum Angliæ Rege de remittendis illis in Galliam. Quo annuente, Ambianum decimo, quàm fuerant capti, mense ad Socios læti sospitesque pervenerunt.

ALBANIAE EXCVDEBAT JOEL MUNSELLIUS
MENSE APRILIS ANNO

CIO. IOCCC. LXXI.

UNSELLIUS

o

APPENDIX.

M

IN

A

S.

Ba

Ch

S.

S.

H

S.



Missiones Societatis Iesv

IN AMERICA SEPTENTRIONALI

• ANNO M.DCC.X.

A PUD Abnaquæos missiones. *Aux
Abnaquis.*

S. Angeli Custodis missio. *De l'Ange
Gardien.*

Baiogulana miss. *Baiogula.*

Chigutiminiana miss. *Chigoutimini.*

S. Francisci Salefii miss. *De S. François
de Sales.*

S. Francisci Xaverii miss. *De S. François
Xavier.*

Huronica res. *Aux Hurons.*

S. Ignatii miss. *De S. Ignace.*

F

Immaculatæ Conceptionis mis. *De l'Immaculée Conception.*

Ad septem Insulas mis. *Aux Sept Isles.*

S. Josephi mis. *De S. Joseph.*

Apud Ilinæos missiones. *Aux Illinois.*

Apud Iroquæos missiones. *Aux Iroquois.*

Lauretana missio. *De Lorette.*

Ad ripas, & ostium fluvii Mississipi missiones. *Aux bords, & à l'embouchure du Mississipi.*

Montis-regalis res. *Mon-real.*

Nipisikouitana missio. *Nipisikovit.*

Apud Outakouacos missiones. *Aux Outakouacs.*

Saguenæa missio. *Du Saguenai.*

Saltenfis missio. *Du Sault de Sainte Marie.*

In silvis missiones. *Dans les forests.*

Tadoussacensis mis. *De Tadoussak.*

Trifluviana mis. *Aux trois Rivieres.*

Numerantur Socii . . . 42

De l'Im-

ept Isles.

Illinois.

Iroquois.

Missipi mis-

bouchure

dit.

Aux Ou-

e Marie.

sts.

Rivieres.

